

non imparem unanimi electione substituatis, ac optimo  
totius Ordinis regimini, regularique observantia conven-  
ientia instituta condere satagatis, quæ potissimum ad  
Divinum Cultum, Sacrasque Cæremonias rite exercendas  
concernunt; Cum vobis, quibus cor unum in charitate,  
& zelo inest anima una, uniformem etiam in ritibus nor-  
mam, & concordem in cæremoniis regulam profundi, pro-  
vehendique per universas Provincias præcipua cura-  
sit, & studium. Vobis igitur, ac vestris oculis hoc opus  
subiicio, quod sicut jam satis laudatum, & pluries typis  
editum non ingratum fore confido, nec dignaturos ve-  
stro nomine inscribi, ac patrocinio submitti, cum vestra  
benignitatis singulare sit, ac præcipuum benevolo aspe-  
ctu minima inspicere; Quod si vestra approbatione fece-  
ritis, faventique animo suscipiatis, & opus majori splen-  
dore fulgebit, & me vinculo servitutis vobis perpetuò  
devinctis.

Genuæ an. 1734.

PP. VV. RR. rum

Humil., Obsq., Addict. Famulus

Fr. Joseph Maria Roisecus in Prov. Genuen,

Provincialis Minimus.